eſſe ſtandum dicto ipſius teſtis ex doctrina Bartol. tradit dict.
Alexand. in dicto conſilio ſexageſimoquarto, prope fin. &
ſequitur Rolan. in illis tribus conſilijs ſuperius productis, vbi
& ipſe concordan. recentiores conuocat; uerum requiſitum
95 hoc nullibi probatum eſt, quinimò nec articulatum. † Qua
propter cum iſta ſit crebrior ſententia, non eſt ab ea receden-
dum iuxta notata per Ioannem Andream atque alios in capi-
tulo primo, & in capitulo ne innitaris, de conſtitut. Dec. in
conſilio 45. in principio, & conſilio 119. columna ſecunda,
uerſiculo, non obſtat 131. in fin. & 149. poſt numerum ſe-
96 cundum, & alibi ſæpe per † docto. Quoniam etiam læderet
clericos, quibus laici ſunt infeſti. 2. quæſtio. ſeptima in laicos,
& capitulo laici. Qui laici in dies in clericos efficerentur pro-
97 niores, audacioreſque. † Et fatuus eſſet iudex ille, qui ob
ſingularem vnius docto. ſiue paucorum, deuiaret à crebriori,
faciunt not. in leg. eum quem temere, ff. de iudi. Et ad rem
noſtram tendunt deducta per Iaſon. in leg. de quibus, nume-
98 ro ſeptimo, ff. de legibus. † Ex quibus exploſa remanet opin.
illa noua Iul. Claro à crebiori contra eius ſolitum recedentis.
99 † Quod haud eſt iudicando admittendum, per ea quæ tradidi
ſupra ſub numero octuageſimonono, quibus adde, & per Ce-
phal. conſilio 288. numero uigeſimoſecundo. Et ſi Iul. Clar.
bene uidiſſet Doctor. omnes, non illud firmaſſet, cum noſtra
100 ſententia ſit crebrior, atque æquior. † Et clarius in hoc con-
tra crebriorem, ac æquiorem inſiſtenti poteſt reſponderi, du-
rum eſt contra ſtimulum calcitrare, ut in ſimili Socino con-
tra communem inſiſtenti prudenter reſpondet Dec. conſi-
101 lio 314. columna penultima in fine. † Item contra iudicem
perſonam publicam ſicuti contra notarium duo teſtes maxi-
me in iſtis terminis haud ſufficiunt, teſte Bald. conſilio vige-
102 ſimooctauo, uolumine ſecundo. † Præſertim cum Vica-
rius aliquod non conſequatur commodum, aut emolumen-
tum, per ea, quæ tradit Crauet. conſilio ſeptuageſimoquin-
to, numero uigeſimotertio, & decimoſeptimo, atque habe-
tur per Rolandum conſilio trigeſimooctauo, numero trigeſi-
moſexto, cum pluribus ſequentibus, & per Syluan. conſilio
ſeptimo, numero duodecimo, & decimotertio. Cæph. conſi-
lio 230. numero decimonono, & nouiſſime per Bertazolum
dicto conſilio ſeptuageſimoprimo, numero trigeſimoquarto,
qui ſupra in conſilio alia deducitur in materia ad excluden-
dum falſitatem, de qua officialis ille erat accuſatus, quæ non
103 tranſcribo: † Eſt & hic pariter annotanda non modica ma-
lignitas, ſiue mauis ingratitudo querelantium, qui nituntur
redarguere eorum Vicarium de re nullius, aut modici mo-
menti, & quod impium eſt, de re ad illorum commodum, &
fauorem reddenti contra anthidotale documentum lippis,
104 atque tonſoribus notum. † Ex quibus pluſquam manifeſte
probatur integritas omnium eruditorum teſtimonio Vicarij,
qui ſicuti in aliorum Doctor. Syndicatu conſueta ſunt notari,
ac querelari, iniuſtitias, baratarias, ſymonias extorſiones, ini-
quitates, uel alia per ſordes, ſi ſimilia commiſiſſet: de illis
inquam eum redarguiſſent, accuſaſſentque, non autem de
iſtis friuolis temere, improbeque inquietaſſent, uexaſſent,
105 atque calumniaſſent contra iuſtitiam, & ueritatem. † De-
prehenditur etiam uicarij integritas ex alijs, & ex iſto, quo-
niam in quamplures inter laicos litigantes coram illo promul
gauit ſenteutias, & tamen ex illis nemo eum accuſauit, in-
quietauit, dilacerauit, inſpiciantur obſero querelæ omnes ac
acta, quoniam hæc ſunt, quæ teſtimonium perhibent de no-
106 toria, atque infallibili ueritate iſta. † Inexcuſabilis eſt igitur
temeritas querelantium, qui notati, obnoxijque incedunt de
calumnijs ſuis expoſitis falſo aduerſus eorum Vicarium vi-
rum integerrimum, æquitate, ac religione non ficta, tam in
107 genere, quam in ſpecie compertum comprobatumque. †
Contra quem præſumptiones haud ſufficiunt, ſed probatio-
nes ſole clariores requiruntur, ad notata in l. fin. Codic. de
probat. quæ reperitur canonizata ſecunda, quæſtione ultima,
capitulo ſciant, & habetur etiam quinta, quæſtione ſexta,
Epyphanium, & in leg. qui ſententiam. Cod. de pœniten.
108 & notatur in capitulo venien. de teſtibus. Quinimò † ne-
* que iudicia etiam indubitata ſecundum receptam * ſenten-
tiam, de qua per Dec. eius conſilio ſeptuagemotertio, co-
lumna finali. Quæ deſtruunt, confunduntque ſententiam
109 Iul. Clar. † loquentis contra illius proprium inſtitutum.
aduerſus crebriores, frequentiores, æquioreſque ſententias
110 † Et propius accedendo, ſer Ioann. Petrus tractat de ſe
excul pando, & ſer Ioan. Marius Iacobinus tenet pecunias
aut ad cenſum, aut ad vſuras ab induſtrioſo, atque multipli-
cante di. Priore.
111 Quapropter † ſuccedit ſolida illa concluſio, quod teſtes
habentes plures defectus, repelluntur etiam in cauſis priuile-
112 giatis. Et etiam vbi veritas haberi aliter non poteſt, de his
habetur per inſignem præceptorem meum Rimin. Iunior. in
conſilio 359. numero 19. cum pluribus ſeq. & in conſilio ſe-
quenti, numero 90. adde & per Cæphal. conſilio 95. nume-
ro 27. 28. vbi concordan. recenſet. quibus adde Gabriel. Ro-
man. ead. concluſ. 7. num. 10. vbi, & ipſe addit Grammat. re-
113 ſponſ. 59. colum. fin. verb. 4. dico, lib. 2. Item ſciendum
eſt, quod querelantes debebant, atque tenebantur iuſtificare
illorum querelas ex antiquis: non autem ex nouis actis, &
probationibus, per Grammat. crimin. conſil. 54. num. 16. Et
114 tamen haud recognita eſt, negata mutato pronuntiæ; ſicuti
de iure requirebatur, vt legitur atque not. in authen. contra
qui propriam, C. de non num. pec. Et vicarius ſemper illam
115 negauit, & in præſenti etiam inficiatur. Et regula eſt, quod
quando ſcriptura inficiatur, tunc fundanti ſe in ea incumbit
probandi onus, Bald. in l. 1. numer. 7. C. de iuramen. calum.
116 Item querelantium teſtes alios quam plures patiuntur defe-
ctus, alias ſuſus in oppoſitionibus adnotatos; hoc maxime,
quoniam ſunt teſtes, ac querelantes, qui ideo haud admittun-
tur, vt per Amod. d. tract. numero mihi 198. Ex quibus prorſus
117 iure merito veniunt repellendi, ut per Marſil. ſing. 385.
Cæphal. conſil. 169. num. 16. 208. num. 9. vbi dat conſilia, &
de quibus etiam per Crau. conſilio 240. numer. 11. & 12.
118 Quod verum eſt etiam in cauſis priuilegiatis, atque etiam
vbi aliter veritas haberi non poteſt per ſuperius citata, quod
non tranſit ſine iuſtitia. Nam dominus Paul. Aemil. vnus ex
querelantibus inducitur ter in teſtem, terque etiam recipitur
contra Vicarium, & tamen in cauſa concanonicorum ſuorum
119 non poteſt eſſe teſtis, vt ſing. tradit Iacob. de S. Georg. in l.
priuatis, ff. de iud. & ſic de ſingulis; & tamen totum contra-
rium obſeruatum video, quamplures inquam canonici pro
concanonicis ſuis in teſtes inducti, receptique: Et iſtud an
120 iure, vel iniuria actum ſit, non dico hic, dicat ſapiens lector,
quem etiam obſecro obteſtorque, vt reminiſcatur illo memo-
rabili exemplo C. Caſſinij cognomento Schola, Interamnis
querelantium atque teſtium conciuis, de quo apud Cic. in
121 oratione pro T. Ant. Milo. legitur mihi pag. 124. b. Item
Donnus Cyprianus concanonicus vltra, quod ſit irregularis
ob homicidium nuperrime perpetratum in perſonam olim
Pontij Braciliantis, eſt pariter vnus ex querelantibus, qui non
admittitur in cauſa criminali, per Amod. d. tract. num. 168.
atque per Card. Par. licet in alijs terminis in conſilio 152. ſub
num. 16. in 4. & in noſtris per Bert. nouiſſime d. conſilio 71.
122 num. 25. Et hic non erat diſſimulandum homicidium, quod
dicitur grauius, ratione præsbyteratus, per ea, quæ tradit Ti-
raquel. in tract. de nobili. cap. 20. ſub num. 116. cum tribus ſe-
quent. quanto maior qui peccat, habetur, ſecundum Poetam
Satyr. a Tiraq. citatũ vbi ſupra, atque a Crauet. conſil. 168.
col. 3. & eſt text. in cap. ſicut dignum, de homic. & de presby-
tero ſicario in facti ſpecie habetur per Crau. late conſ. 9. nu. 2.
123 Item inducitur in teſtem ab eorum caporali D. Priore
Donnus Lancellottus Guber. & etiam ab alijs querelantibus,
& ſic de alijs, in quibus aperte detegitur conſpiratio iſtorum,
qui conuenere in vnum aduerſus illorum Vicarium virum
religioni profecto deditum, & vitæ, ac famæ, & in ge-
124 nere, & in ſpecie præſtantiorem. Et ſic non minus impie
quam hoſtili animo vnus alij, & alter alteri dat mutuum te-
ſtimonium, & nobis nunquam ad rogatum reſpondent, ſem-
per vero accuſatoribus pluſquam ad rogatum, & nunquam
laborant quemadmodum probent, ſed quemadmodum ſe
explicent dicendo; vnde erant ab initio repellendi, quoniam
125 conſpiratoribus contra officialem non creditur, per Pari. de
Put. de ſyn. in ver. teſtis, cap. vniuerſitas, colum. 2. ac per
126 Berta. cod. conſil. 71. nu. 16. Et coniuratio hæc ortum ha-
bui, ob querelantium carcerationem in vrbe, & ſic per cauſam
crimi-



criminalem, ſecundum gloſſ. & Bartol. in l. 1. §. præterea. ff. de
127 q. Et tradit per Marc. deciſ. 894. numer. 5. 8. & 9. vbi dicit ſe-
128 cundum communem remitti iudicis arbitrio. Fouẽt & etiã
principaliter eandem cauſam, quo in caſu ſunt repellendi vti
ſuſpecti cap. perſonas. de teſt. & habetur per Franc. Aret. conſ.
82. numer. 1. atque per Iac. de S. Georg. in l. de quibus numer.
129 40. ff. de leg. Quinimo etiamſi non in conſequentiam, cum
ſpeciale ſit in legatarijs, igitur in alijs ius eſt in contrarium, &
ita arguit inſignis præceptor meus Cæp. conſilio 65. numer. 36.
130 Et dicuntur deponere in facto proprio ex quo contra eos agi
poteſt iniuriam actione qui ideo ſunt repellendi, l. nullus, de
teſtibus l. omnibus, Cod. eo. quæ iura ad hoc citat Crauet. in
conſil. 99. ante numer. 2. Item quod huiuſmodi teſtes dicantur
deponere etiam in cauſa propria, ex quo commodum, vel in-
commodum poteſt eos pertinere tradit Bald. conſilio 227.
libro 5.
132 Imo dicuntur deponere in cauſa propria ex iſto ſolum,
quod tractant de ſe exonerando, ad hoc vt repellantur, l. de-
ferre, §. idem decreuerunt. vbi Bartol. ff, de iure fiſci. Caſtren.
in conſilio 301, vltimo dub. libro primo. Et has tres oppoſi. in
ordine conſiderauit Crauet. dicto conſilio 99. columna prima.
Et licet non defuerint contradictores circa illud quod dictum
133 extitit ſupra num. 126. ita tamen obſeruatur, vt dicit præce-
ptor meus Dn. Ioan. Cephal. conſilio 234. numero 27. Cui de
conſuetudine atteſtanti, cum ſit iuriſconſul. præclarus aſque
134 illuſtris, eſt credendum, per ea quæ tradit Socin. conſilio
68. numero 29. & conſil. 295. nnmero octauo, quod cummu-
ne dicit Dec. in l. ſecnnda, §. mutui datio in ſecunda lectu. nu.
fin & vltimo, numet. 14. §. ſi certum petat. Adde etiam per
Crauet. conſ. 325. colu. 1. verſiculo nam reſpondetur vbi alios
135 citat quam plures. Verum poſito etiam quod dubia eſſet
opinio quo ad plenam probationem, vera tamen dicitur quo
ad præſumptionem, ita vt aſſertio doctoris talis ſuper conſue-
tudinem, inducit præſumptionem talem, quod illi ſtandum
eſt donec probetur contrarium, ita per Crauet. poſt ab eos ci-
tatos vbi ſupra, & in conſilio 166. ſub numero nono, & per
Rolandum conſilio ſeptuageſimoſecundo, numero vigeſimo
ſecundo, & 24. conſil. 87. num. 12. & plenius habetur in col-
lect. mea communium opinionum in verbo, doctor. ſub nu-
136 mero 8. vbi Salyc. & alij. Item ſunt dicti teſtes repellen-
di, etiam ſi non eandem; ſed conſimilem tantum foueant
cauſam, per gloſ. in cap. cauſamque inter Abbatem de iudic.
vltra quòd illi duo primi ſub eodẽ vicario fuere in carceribus
137 mancipati. Et ſic non ex vno, verum ex pluribus defecti-
bus, veniunt repellendi, vt late per Cæphal. dicto conſilio
190. numero 16. Burſa. 70. numero 42. & latius. per Rolan.
138 conſilio 3. numero 51. libro tertio. Accedat etiam vnum
aliud, quod nimium animoſe deponunt, ſi iſtorum dicta re-
ctis oculis perpendatur, vt etiam conſideraui ſupra poſt nu-
mero.....quibus ideo non eſt credendum, ut habetur in capi-
tulo primo, de reſtitutio. in integr. Et eos ſuſpectiſſimos uo-
139 cat Iaſon conſilio 167. colum. penult. uolumine quarto, &
tradit Rolan. eodem conſilio ſeptimo, numero 20. Item te-
140 ſtes examinari non ſunt omni exceptione maiores ſicuti re-
quiritur, neque tales præſumuntur, niſi probentur, ut per
Curt. de teſtibus concluſio. 35. ac per Cæphalum dicto con-
ſilio 234. nunmero fin. & per Grammat. crim. conſil. 35. poſt
numero 38. atque nouiſſime per Bertaz. crimin. conſilio 81.
poſt num. 7.
141 Age de alijs querelis uideamus; querela Do. Cæſaris
ad Dom. Ioan. Hieronymi de Areſto ex facto iuſtificatur con-
tra illos ex iſto, quod, inuito atque reluctante Vicario acriter
contradixere, atque pertinaciter contrauenire Rub. Paſcha-
li de accendendo cereo in ſabbato ſancto.
142 Vnde hic notandum eſt, An iſtorum canonicorum cupi-
piditas incuriaue ſit, in reiteranda ſacræ fontis benedictione
ſingulis annis cum eodem cereo nunquam accenſo, ſed cum
dimidio ſaculæ ante ac pluries accenſæ, ac in ipſo actu be-
nedictionis reaccenſæ, & poſtea ad fictionem poſitum ſu-
pra memoratum cereum, ad cerei benedicti officium per-
ſoluendum, ſolennizandumque ſingulo quoque anno. Dum
143 Ioan. Hieronymi quærelæ remanent exploſæ, quoniam
Vicarius uirtuti religionique ualde deditus, & qui hono-
rem tam Chriſtianum quam mundanum proprium ſem-
per magnifiecit, ac in dies magis magnifacit, & nunquam abſ-
què rationabili cauſa.
144 Moniales alloquutus eſt. Et de vicarij religione ac pieta-
te eſt notũ omnib. Et quotidie legitimo ceſſante impedimẽto
poſt Sanctiſſimi Sacramenti adorationem debitam ſemper fle-
xis genibus, ac nudo capite (corde non ficto) miſſas audiuit, &
horis etiam canonicis ſemper inter fuit, concionatores aſſidue
145 audiuit; quos non audiuere accuſatores de induſtria negli-
gentes; & hæc Interamnæ nota ſunt. Item & priuatim horas
canonicas legitima ceſſante cauſa dicit & tamen ad illas per-
147 ſolueodum non teuetur, cum non ſit benificiatus, vel in ſa-
cris conſtitutus. Quia tunc tenetur ſub priuatione beneficij
ac fructum reſtitutione, commune per Iul. Clar. in pract. cri-
min. quæſtio 73. verſicul. pariter, poſt Bellon. conſilio 59. nu-
148 mero 3. poſt Felin. in capitul. poſtulaſti, ſub numero de re-
ſcript. Qui loquitur de fructuum preceptorum ex negligenza
reſtitutione. Adde etiam per Dec. poſt cap. ad audientiam
colum. fin. de reſcrip. ſub numer. 34. & in cap. cum omnes de
conſtit. in 2. lect. col. 2. vbi ſubdit, quod hæc videtur verior opi-
149 nio, ſaltem in foro conſcientiæ, quæ bene nota. Quinimo
querelantes ipſi in Eccleſiæ ingreſſu, ac de eius receſſu ſem-
per contempſere contra Vicarij pium inſtitutum catholicum.
que, & contra fraternas eiuſdem admonitiones & debitam
Sanctiſſimi Sacramenti adorationem quod adnotandum eſt
contra iſtos, qui in alios eorum culpas defundere conantur
150 De penis vero exactis locis pijs diſtributis iam probatum ex-
titit per multorum atteſtationes, ac etiam per antea paucas
exhibitas & penes Vicarium de preſenti exiſtentes, ex quibus
obiecta calumnioſa ſunt comperta.
151 Et vbi teſtes ſimpliciter negatiuam illã firmare auderent,
cum de ſui natura ſit improbabilis, venirent puniendi, ſi non
ordinarie, ſaltem extraordinarie, ob eorum temerariam aſ-
ſertionem, vt tradit Clar. in §. falſum, ver ſolet etiam & Cra-
152 uet. conſilio 9. numero 7. Donni Eleonori querela deluſa eſt.
quia eſt vnus teſtis, cum nec ſoli Scipioni Aphricano proba-
tiſſimæ vitæ homini, ſi reuiuiſceret fides præſtanda eſſet, vt
dicit Cic. in Oratio. pro Roſ. Amerin. & etiam quoniam pro-
batum eſt, Vicarium nulli relaxaſſe, tam longas licentias ſiue
dimiſſorias.
153 D... parochus, & canonicus, iſte ex ſuo capite a reſiden-
tia abfuit per duos menſes, & vltra. Vltra quod Vicarium ab
154 ordinario approbatum non ſubrogauit vt tenebatur S. C.
Trid. diſpoſitione de reforma. ſeſſio. 23. capitulo primo. Vbi
155 Vicarius poteſt animarum curam habentes compellere etiã
per cenſuras eccleſiaſticas ad reſidentiam.
156 Item neque dimiſſoriam in ſcriptis obtinuit quę tamen re-
quirebatur cum connumeretur inter caſus ſcripturam exigen-
157 tes: de quibus per glo. magiſtram in capit. primo, §. poſtquam
de cenſibus. libro ſexto, & ita etiam ſe habet ſtylus generaliſ-
que conſuetudo, quę eſt altera lex, ad not. in leg. de quibus
158 ff. de legi. Querelæ litterarum expertes donat Prioris de
159 locoſis fuere ab ipſo ſponte deſtitutæ, contra iſtam enim
adſunt cantantes litteræ Reuerendiſſimi Dominui Epi-
ſcopi de Regi. quibus probatur aperte Priorem iſtum
voluiſſe alias petere veniam eidem Vicario capitulo con-
gregato.
160 Et in quibus terminis accuſantes Vicarium reperiantur,
161 alijs iudicandum relinquo. Eſt etiam ſciendum, quod iu-
dicis uerbum obiter prolatum, infamiam non irrogat, l. ob
192 hæc, ff. de his qui not. infam. Neque tenetur officialis
iniuriarum actione, quando corrigendi animo aliquando
iniurioſum protulit, ut per Amod. dict. tractat. de ſyndi.
ante numero decimo, & habetur per Oldrad. conſilio 13.
& Natta. alios allegantem conſilio 462. numero 20. quibus
adde per Felin. in capit. cum te col. fin. in fin. de ſentent. &
re iudica.
163 Item ut dicatur quis inferre iniuriam, non ſufficit ge-
nerale conuitium, puta tu es ſpurius, uel maledicus, ſed
requiritur, vt deueniatur ad delicti ſpeciem, ut per Ale-
xand. conſilio 223. numero decimoquinto, uolum. 6. Et pro
conſiliario, qui alteri dixerat. Tu es impudens, quod non
teneatur iniuriarum actione, conſultus reſpondet in ter-
minis per plura ſubtilis ac elegans Moder. An. Natta A-
ſten. in ſuo conſilio ſexageſimoſeptimo, in princip. Circa
inter-

interlocutoriæ reuocationem indubitati iuris eſt, iudicem or-
165 dinarium meram illam interlocutoriam iuris reuocare po-
tuiſſe,cum res eſſet integra,ac de modico ageretur præiudicio
& cum cauſæ cognitione, vt habetur atque not. in capit. cum
ceſſante, de appellat. ac in l. quod iuſſit, ff.de re iudica. quibus
patrocicatur S.C.Trident.de reform.Seſſ.24.capitul.20.cauſæ
omnes.
166 Quod decernit expreſſe primas cauſas per locorum ordi-
167 narios cognoſcendas,terminandaſque eſſe. Verum addendũ
eſt etiam quod ad illius reuocationem per vtrarumq; partium
inſtitutum, vt in actis per aduerſarios exhibitis probatum fuit
apertiſſime. Quinimo vbi tractatur de reuocatione interlocu
168 toriæ coram eodem iudice, tunc illius reuocatio poteſt fie-
ri etiam ex nouis actis,& hoc pro valde notabili, atque vtili in
vtili in practica, adducit Crauet. conſ. 181. poſt numerum
quartum verſic. adduco etiam per Rot.deciſ.7. quæ eſt.in lib.
meo.2.de appellatio.in nouis.in vltim.additionibus in fin.quæ
reuocatio fuit facta re integra.
169 Nec quod aſſeritur de relatione facta ſummo Pontifici. &
quam pars dicit Vicarium reuocare haud potuiſſe, quoniam
ad hoc reſpondetur, cum Salyc.in l.prima,col.2.Cod.de rela-
tio. relationem eſſe bifariam; Vnam realem, alteram verba-
lem. Realis non poteſt reuocari, verbalis de qua in caſu no-
ſtro poteſt vtique.
170 Et in relatione illa acta non fuere tranſmiſſa, vt requiritur
171 de iure ad tradita in dicta l.fin. Minuſque factum fuit exem-
pla per manum publicam dando partibus, vt ſingula tradit
Spec.tit.de relatio.§. relatio.de quibus num.ſin.
172 Sed vt iam dixi,fuit ab vtraque parte inſtitutum ad inter-
loquutoriæ reuocationem, vt in actis prædictis, quo in caſu
realem etiam reuocari poſſe tenet Salyc. loco ſupra memo-
rato.
173 Quatenus ad pronuntiam,vt falſo aſſeritur, mutatam, re-
ſpondetur; Notario de aſſerta confeſſione illa extraiudicialiter
deponenti non eſſet fides adhibenda, vt tradit Speculat. titul.
de teſte, §. teſtat.
174 Vltra quod eſt laicus, qui ex crebriori DD. ſententia, de
qua ſuperius nu. 82. vſque ad nn.95. contra D. Vicarium non
175 admittitur; quod etiam dicetur inferius. Item reſpondetur
illi vti deponenti ad ſe exonerandum non eſſe præſtandam fi-
dem,vt per Alex.conſ.44.numer.9.libro ſecundo,& Natt.ſub
176 conſ.80.num.3.Item teſtis iſte tractat de ſe exculpando, qui
ideo non probat, vt dicit Baldus in leg.deferre, ff.de iure fiſci.
177 & tradit Decius conſ. 133.colu. 3. Et eſt ſuſpectus, vt tradit
Aymo Crauett.conſ.132.colum.5.in fine. Item illi vti depo-
178 nenti in facto, in quo laus vel oprobrium ei poteſt euenire,
non eſt vllo pacto credendum, vt tradit Alex.conſ.86.numer.
16.lib.2.conſ.141.numer.9.lib.2.vbi Apoſtill. concord. ad not.
& per Oſaſc.deciſio.79.num.40.& per allegata ſuperius num.
179 131. Item iſti duo teſtes ſunt perſonæ pauperes viles & abie-
ctæ, quæ nil iure mertio probant, & in caſu præſenti non ſunt
idonei,per Rolando. conſilio decimoſexto, num. 22. vbi alios
180 aduocat, & illa aſſerta confeſſio extra iudicialis fuit reuoca-
ta. Et potuit vti incauta locutio reuocari, etiam non doct. de
errore per Felin in proęm.decret.num.2. Natt. conſ. 6. num.
4. ac per Pract.Carer pagina mihi 94.uerſiculo, limitate niſi,
ubi pro bona cautela tradit,& concord. citat plenius adde, atq;
* uide per Roland.conſ.31.num.13.lib.3. ubi de * communi de
atteſtatur, & ad ſaturitatem allegat, quos quos ut uideas, quia
181 ego non ſum olitor. Et talis reuocatio ſiue penitentia infa-
miam non irrogat ſecundum Poetam relatum ab Alberi. de
Roſat.in leg.nullus, ſub numer.2.ff.de requi reis per l. quam-
uis,ff. de in ius vocand. antequam præſertim ſit proceſſum. vt
caſu aſſerto; & ſequitur. Alber. ibidem, quicquid in princi-
pali concluſione teneat Iul. Clar. in practic. crim, quæſt. 21.
182 verſicul. confeſſio extraiudicalis, qui apparet per ſuperius
dicta his in præſenti negocio contra communem opinionem,
eſſe obloquutum, illius proprio repugnante inſtituto, quod
eſt notan.

*A Cane magna ſępe tenetur aper.*

183 Ouid. libro ſecundo de remedio amoris. Vltra quod, tu
ſæpiſſime dictum eſt, etiam conceſſio in figura iudicij facta
non nocet in criminalibus, ad tradita per Nattam conſilio
184 18. numer. 10. Pars etenim confitedo ſimpliciter in iudicio
pro delicto illud quod non eſt,non per hoc ſibi præiudicare po-
teſt, neque ita inducere delictum vbi non eſt, neque habetur
pro tali, ad tradita, per Crauet. plenè conſilio 260. columna
prima, & tertia, verſiculo amplius dico; & plenius in conſil.
262. colum.2.vbi plura ponit exempla, quæ adnotaui in pro-
poſito in Paraphra. me ad Iulium Clarum in dict. ſua practic.
crimin.quæſtio.55.verſiculo poteſt etiam, vi illic fuſius & ad-
de per Cæph.conſilio 230.numer.11.& conſilio 237.numero
185 28. Idem tenet Innocent. in cap. auditis, de procur. quod
poteſt iudex errorem ſuum corrigere quandocunque. Item
186 & mutare ſiue errauerit in proceſſu, ſiue in interlocutorijs,
per Innocent. & Abba. in capitul. qualiter, & quando ex eo-
187 dem ext. de accuſat. Item dicit expreſſe Bartol. in leg.
prima, Cod. de ſentent. reſcin. non poſſ. quod poteſt iudex
188 motu proprio reuocare interlucutoriam. Et multo fortius
iſta potuit reuocari, cum non fuerit executioni demandata,
per ea quæ tradit Bartol. in leg. quod iuſſit, colum. ſecunda,
in fin. ff. de re iudicat. quo cum tranſeunt cæteri teſte Rip.
189 ibidem numero 39. & Roland. conſilio 31. numero vigeſi-
moquarto, conſultus reſpondet, quod debet iudex corrigere
errorem ſuum etiam nemine inſtante; & loquitur in duriori-
190 bus terminis. Item & etiam actorum verba emendare te-
nore ſententiæ perſeuerare non eſt prohibitum, vt dici-
191 tur in l. actorum, ff. de re iudicia. Ad idem Bald. titulo de
pace coſtan. relatus atque ſecutus à Deci. conſilio 75. colum-
na octaua, verſiculo ſeptimo non ob facit dum dicit, iudicem
poſſe motu proprio propriaque auctoritate errorem ſuum
192 corrigere. In iudice etenim, qui dicitur vir bonus leg.
vir bonus, ff. iudicatum ſol. reg. continuus, §. cum ita,
ff. de verborum obligationibus, non eſt ſupponendus
193 dolus. Quinimo in dubio præſumendum eſt pro magi-
ſtratu actum iuriſdictionalem exercente, vt late tardit.
Ludouic. Carer in ſua practic. criminal. §. homicidium
ſexto, ſub numero 78. vbi plene concord. conuocat.
194 Quibus adde & ferre in terminis per Barthol. Cæpol-
la, crimin. conſilio 70. ſub tertio dubio. qui loquitur
in Vicario Archiepiſcopi Raguſ. actione iniuriarum conuen-
to, ex eo, quia dicebat quondam Paſqualem diuulgaſſe pu-
blice excommunicatum, & cui propterea fuerat iniunctum,
vt de eccleſia diſcederet, & tamen eundem Vicarium iniu-
riarum non teneri, per plura reſpondet, quod ſummopere
notandum eſt pro Vicario viro præcipue laudato, ac nominis
195 & famæ integerrimo. Et contra quem dolus malus conſi-
derari nullo modo poteſt, cum ex aliquo non ſit vllum com-
modum re portaturus, ita per Crauett. conſilio ſeptuageſi-
moquinto numero decimoſeptimo. Rubeus cõſilio decimo-
ſexto, numero ſexto, atque per Cæphal. alia ad Vicarij pro-
196 poſitum adducentē conſilio 233. in fin. vbi vide. Item quod
commodum, atque vtilitas dicantur doli cauſa, qua ceſſante
dolum ceſſare ſit neceſſe, tradit Federic. de Sen. conſilio 125.
197 ſuper eo quod quæritur, ad fin. vbi ſententia iudicis aut,
197 arbitratoris, licet iniuſta, non tamen dicitur doloſa, ex quo
vtilitas ſententiæ ad iudicem, aut ad arbitratorem non perti-
net, & refert, comprobat, ac ſequitur Crauett. conſilio 319.
columna octaua, verſiculo decimo, vbi alia etiam dat exem-
198 pla. Igitur ceſſat pœna vbi non eſt delictum, leg. aliud eſt
199 fraus, ff. de verborum ſignificationibus. Et dolo ceſſante de
pœna tractari hand oportet, per Crauett. dict. conſilio 319.
numero decimoquinto ac Cæphal. in falſi crimine loquen-
200 tem, in conſilio 230. numero duodecimo, & 19. Quinimo
deſunt etiam qui in durioribus termin s explicite tenent falſi-
tatem memini nocibilem, neque ordinarie, neque ex-
traordinarie puniri debere, & concord. quamplures opi-
nionem hanc ſectantes aduocant. Rolandus illos ſequen-
do conſilio 38. numero quadrageſimoquinto, Anchar.
Reggien. famil. quæſtio.44. numero quarto, Cæphal. vbi ſu-
pra, columna final. quos recenſere opere pretium eſſe non
duxi, quoniam operam non impendo cumulationi, ſed il-
lam tritici reuenditoribus relinquo, & illas cumulationes
201 poterit vnuſquiſque facere, ſi otio marceſcere noluerit.
de illo qui fecit palam, & bona fide, eſt videndus Cæphal.
dicto conſilio 230. numero decimotertio, & vigeſimo
ſecundo.



202 ſecundo. Et tria requiruntur vt falſum committatur ſecun-
dum Cæphal. qui alios Doctores erat in conſilio 355. numer.
44. qui dolus, mutatio veritatis, & quod alteri noceat, quæ tria
ceſſant per ſupradicta, & nouiſſime ſequitur Bertaz.doct. conſ.
203 71. ante, & numer.51. vbi non eſſe punibile dicit. Inſpicia-
tur obſecro vexationis cauſa vnde originem traxerit, quoniam
vicarius de bonis operibus dilapidatus eſt & tamen illius reli-
gio, diligentia, atque integritas eſt omnium teſtimonio com-
204 mendata. Et tritum eſt apud maximè Deum timentes, tu-
tius ſanctiuſque eſſe nocentem abſoluere, quam innocentem
205 condemnare. leg. abſentem, ff. pe pęn. Item etiam in cri-
mine ſtellionatus requiritur dolus, gloſſ. in lege tertia, ff. eo-
206 dem, & habetur per Port. Imol. conſilio 77. numer. 4. Quini-
mò dolus ſecundum leges, qui non nocet, non punitur, per
Nattam, conſilio quingenteſimo nonageſſimoſecundo, nu-
207 mer. 1. Sed quorſum hæc, dicet aliquis? Reſponde, ad vbe-
riorem ſplendioremque demonſtrationem innocentiæ, famæ,
208 atque integritatis eiuſdem dom. Vicarij, nec non ad confuſio-
nem querelantium, quarum audaciam, temeritátemque me-
ritis pęnis ſi comprimant iudices, cæterorum animos frangent.
Item adde quod poteſt iudex officium mercenarium non peni-
tum exercendo interponere circa illud quod radicatur in illius
perſonam, vt eſt facere pronuntiationes, & valet etiam abſ-
que partis petitione iuxta theoricam Bartol. communibus cal-
culis receptam in leg. quarta, §. hoc autem iudicium. col. 3. ff. de
209 damn. infect. vbi poteſt iudex exercere officium etiam parte
non petente, in his; quæ pertinent ad illius decorem, & ad hoc
faciunt prima, atque ſecunda fallen. Socin. ſeu auctoris ſub
210 reg. mihi 265. Iudex poteſt interponere officium non poſtu-
latum motu proprio circa illud, in quo publica verſatur
vtilitas.
211 Atque in caſibus etiam in quibus verſatur priuata, ſi cnn-
212 cernat iudicis honorem, ibid. Item in illis quæ principaliter
iudicis perſonam ſpectant, & iuris publici obſeruantiam, ibid.
213 Item dicit allegatus tex. in leg. actor, verba emendare tenore
214 ſententiæ præſeuerāte non eſt prohibitum. Et quod ſenten-
tia ſit de actis communem inquit Dec. in cap. quoniam contra
colu.6. 7. de probatio.
215 Et de actis creditur ſimplici iudicis relationi, commune
inquit Natt. in conſ. 182. numer. 2. quarto fortius in interlocu-
216 toria aſſerta. Et iſtud preſertim procederet in caſu propoſi-
to, ex quo vnum & idem eſt dicere, expenſis actoris, quod eſt
dicere expenſis petentis, cum reincidat in idem.
217 Quæ quidem interpretatio vtique fieri poteſt. gloſſ. & Bart.
218 in leg. ſecunda. Cod. de ſentent. ex breui. recit. Quinimò
tex. & gloſſ. vbi dicit, quod prætores atque alij iudices poſſunt
219 ſententiam latam corrigere, atque mutare. Et idem firmat
Bart. ibi numer. 4. quod iudex ſum emendare ſententiam circa
verba.
220 Sed pro certo habeto, totam diſputationem hanc fuiſſe
vti iam dictum eſt ad reprimendum querelantium animos.
221 Et hic ſcias, beneuole lector, quod Interamnæ nouum
eſſet, niſi officiales ſuos dilacerarent, calumniarentur, vexa-
222 rentque. Et tales dicuntur querelantes eo ipſo quod non pro-
223 bant, communis opin. eſt teſte Ant. Corſc. ſiue maius Celſo
Vgone in reperto. domin. Felin. §. accuſator. & habetur late at-
que pulchre per Benint. eius deciſio 47. dolus namque & ca-
lumnia præſumitur in illis, qui obiecta non probant per Craue.
224 conſilio 262. numer. fin. Quapropter Vicarium calumnian-
tes puniri debent, nec valeret conſuetudo, vel ſtatutum diſpo-
nens, ne calumniatores puniantur, Bald. in leg. qui crimen.
Codice, qui accuſſat. non poſſ. & refert. comprobat atque ſe
quitur Crauett. conſilio 314. columna penult. & fin. in prin-
cipio.
225 Et eo magis debent accuſatores condemnari ad damna
expenſas, iniurias, atque intereſſe, quoniam ex aduerſo ex-
clamat Vicarijs bona vox & fama tam in genere, quam in ſpe-
cie probata, quæ longo tempore, ac per totum tempus eius
Vicariatus, & ante & poſt durauit atque in dies magis durat,
vt probatum eſt per teſtes ſacerdotes, qui non plus nec minus
226 quam ſit neceſſe dicunt. Qui quidem accuſatores ultra pę-
nam iuris, quam ſecum ferunt, debent etiam mulctari, vt
dicit text. 5. quæſtio. 6. can. primo, cum ſequit. ac per totam
illam quæſt.

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

227 Nec ſunt omnino dimittendi immunens. 2. quæſtion. 6.
qui crimen, & 5. quæſtio. 6. qui calumniam, cum ſeque. vbi
inter alias pænas, quas patitur clericus ſubdiaconus, illatam
per eum calumniam haud probat, officio carcere debet, &
228 tanquam re vera infamis meretur uerberibus caſtigari. Verũ
erant iſti uti inimici atque ſuſpectiſſimi ob illorum carceratio-
nem ab accuſationibus repellendi. tertia queſtion. 5. omnes
& habetur per Iulium Clarum, in practic. criminal. quæſtio.
229 14. uerſ. dixi in primis ubi etiam effecti ſunt irregulares, &
etiam ex ſolo ſcandalo, ut per Felin. in capitul. 2. columna 1.
uerſ. tertio, de præſcripto. præſertim, cum inimicitiæ cauſa
non leuis ſit, ac modica, ſed grauis ex eo; quia vita & honor
æquiparantur, vt ſingu. tradunt Petranſan ſingu. 33, numer. 4.
230 Ceph. conſilio 39. numer. 40. 295. numero 20. & late Craue.
conſilio 168. ſub numero ſecundo, ad quos beneuolum lecto-
rem remitto.
231 Verum quod immanius eſt, & hic prudens lector attende,
dilacerant Vicarium de illo, quod ad eorumdem tendit com-
modum, iuxta ſententiam Iulj Clar. eadem quæſt. 14. verncul.
232 dixi. Bone Deus, qui ac quales ſunt canonici iſti? Et iam
probatum eſt in proceſſu de bona vita, & fama Vicarij & in ge-
nere, & in ſpecie.
233 Et Vicarius vicariatus officium geſſit in tot; ac talibus diſ-
ficultatibus, atque in ciuitate ſeditioſa in qua tales commoran-
234 tur ciues. Qui in illorum patria forenſibus vim, iniurias,
atque conuita inferre conſueuere, forenſes profecto ex iſto-
235 rum patriæ inſita natura, odio incredibili proſequuntur. Hæc
ſciuut vicini omnes, ſciunt Practici omnes, hæc norunt in-
colæ omnes, noruntque etiam clarius ius dicentes omnes,
tam præteriti quam præſentes, & denique quam ſæpiſſimè,
docuit etiam, ac quotidie docet experientia, quæ dicitur veri-
236 tatis lumen. leg. per hanc, in fin. & ibi per Saly. C. de tempo
237 appell. Item eſt rerum efficax magiſtra, capitul. quamuis de
lectio. libr. 6. clem. diſpendioſam, de iudic. & §. fin. Inſtitution.
de ſatiſd. cum ſimilibus citatis per Cæphalum conſilio 169. nu-
238 mero 11. Et valet argumentum ab experientia ipſa l. ſi cho-
239 rus, §. his verbis, ff. de leg. 3. Neque etiam meliorem habe-
mus teſtem, quam natura ipſa, quæ mentiri non poteſt ſecun-
dum Philoſ. in libel. de moribus. Philoſ. relatum a illu, ſtudio-
ſo in leg. teſtium colnmna antepenult. ad fin. Codice de
teſti.
240 Et tamen vicarius, qui fuit ſemper ſacrorum Cano. S.C.
Trident. diligens obſeruator, ac bullarum ſanctiſſimi perſcruta-
tor moderatus, & exequutor pius ex impiorum operibus im-
241 pie fuit dilaceratus. Et ſer Rutilius Buſonius procuratorio
carens ſpeciali, ac ſufficienti vna cum ſuis ſuggerentibus vltra
pænam iuris, quam ſecum ferunt ſemper, pari venit punien-
dus pęna leg. non ignotat Cod. de fruct. & lit. expen. leg. cum
quem temere, ff. de iud. §. hæc autem. Inſtitut. de pęn. teme.
litig. Nec illum ſaluat ſerotina ratificatio illa per ea quę dicta
ſunt ſuperius numero 52. atque ex illo leganti ſolidoque conſil.
Alexend. 101. numer. 3. libr. 2. Et domin. Alexand. auctoritas
adeo in excelſo atque illuſtri loco poſita eſt, vt ab eius reſpon-
ſis in quibus contradictores habent neminem, nefas quodam-
modo recedere cenſuit Dec. conſ. 6. columm. 2. Et de Alexand.
inquit Curt. conſ. 12. quod diabolicum eſſet recedere ab Alex.
242 opin. in iudicando Anchara Regien. Famili. quæſt. 12. num.
14. de Alexand. loquens dicit Alexand. opin. eſſe in commui ob-
ſeruantia, & quod ſemper vidit pro illius opin iudicatum, Ale-
xand. certe auctoritas maxima eſt, vt inquit Socin. iun. conſilio
8. numer. 12. volum. 3. Et incomparabilis, vt dicit Alciat. conſ.
123. nu. 3. tom. 3. libr. 9. Et Alex. diuini fuiſſe iudicij pronunciat
243 Boſſ. tract. crimin. titul. de pęn. numer. 22. Nec obliuioni tra-
dendum eſt, vt de ſemita in viam redeamus, per quamplures
teſtes religioſos ac ſacerdotes eſſe probatur in genere, quam
in ſpecie, ipſius domin. Vicar. bona vox, vita, & fama, de qua
non eſt titubandum, argumento. leg. quoties. ff. de rebus du-
bijs, & leg. quoties, ff. de re.
244 Quæ ad omnia ſolet eſſe valde proficua, per ea enim tol-
letur funditus omnis ſcrupulus, ominiſque ſiniſtra ſuſpitio
confunditur. communem Arn. ſoliloque 37. ex quibus de
250 eiuſdem domin. Vicar. bona iuſtitia pluſquam manifeſte pa-
tet, qui iure merito (non dilatabo orationem meam in laudan-
do eum, ac collapſa per eum reformata) venit abſoluendus diffi-